



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no. Maij.**

Feria. v. [con]tra iudeos qui dicu[n]t [christu]m esse venturum. Sermo. xij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

Feria. V. post dominicam. II. aduentus.

**S**ecunda conclusio dicitur: terminatio incarnationis non est terminata ad solam personam ubi: quia persona verbi ad incarnationem inter ceteras personas diuinas fuit magis idonea: siue loquamur de ipsa incarnatione in se: siue put ordinata est ad humani generis redemptionem. Si enim loquamur de ipsa incarnatione in se: magis congruum fuit personam filii incarnari ex triplici conuenientia

Primo in quantum est imago.

Secundo in quantum est uerbum.

Tertio in quantum est filius.

**Q**uoniam primo conueniens fuit ut sola persona uerbi incarnaretur in quantum est imago: quia homo assumptibilis erat ratione dignitatis imaginis. Et quia filius est imago patris: magis conueniens erat personam filii assumere creaturam. **Q**uoniam secundo fuit magis conueniens in quantum est uerbum. Nam quia filius dei est uerbum patris: sic procedit ab ipso ut patris se manifestet per ipsum. Et ideo sicut ad intentionis manifestationem uerbum intellectuale copulatur uocis sensibili: sic ad diuinitatis reuelationem uerbum patris congruum fuit uniri carni. **Q**uoniam tertio fuit conueniens: quia filius. Nam filius solus est genitus ab eterno. Et sic congruebat enim carnem assumere: ut esset de genere hominum et ita filius hominis. **I**deo decebat ipsum magis incarnari quam patrem uel spiritum sanctum. Et hoc est quod dicit Augustinus libro de trinitate. quem allegat magister sententiarum libro iiij. Dei filius non quasiuit nisi matrem in terris: quia iam habebat patrem in celis. Insuper si loquamur de incarnatione per comparationem ad humani generis redemptionem: magis conueniens fuit filium incarnari quam patrem et spiritum sanctum. Et hoc apparet si consideremus hominis lapsum: reparandi modum: et reparationis fructum. **Q**uoniam primo si consideremus hominis lapsum. Videmus quod lapsus fuit appetendo dei similitudinem et equalitatem: que proprie filio attribuitur: ideo quasi directe per filium peccauit. Hoc est quod dicit Anselmus libro. Cur deus homo. Homo pro quo erat orturus et diabolus quem erat expugnaturus: ambo falsam dei similitudinem presum-

ptulerunt. **U**n specialiter aduersus filium peccauerunt. **S**ecundo si consideremus modum reparationis filio incarnari conueniens fuit. **R**eparati enim sumus per mediatoris obedientiam et supplicationem: quod magis filio quam alij conuenit. **U**n Anselmus libro. Cur deus homo. **C**onuenientius sonat filium supplicare patri quam aliam personam. **T**ertio si consideremus reparationis fructum: incarnatio ad hoc facta est ut simus dei filij. **S**i ergo posterius per illum habere reduci quod est prius in eodem genere: congruum fuit ut filij efficeremur per illum qui est filius naturalis. **U**n Augustinus libro de trinitate. ait: **E**t homo ex deo nascitur: primo ex ipso natus est deus. **O**portuit enim ut per eum efficeremur filij adoptiui: qui est filius naturalis. **H**ec Boetius dist. f. iiij. libro ar. ii. q. iiij. **A**lex. i. iiij. q. ii. me. v. ar. f. et **T**ho. i. iiij. pte. sum. q. iiij. ar. viij. **Q**uia nulla persona incarnari potuit nisi persona filij. **C**ap. iiij.



**S**ecunda conclusio dicitur: extentionis. In qua non immerito querunt doctores si alia persona a filio. **S**ed per se uel spiritus sancti potuit se extendere ad possibilitatem incarnationis: **E**t ad hoc secundum doctrinam Boetii. dist. f. iiij. libro ar. f. q. iiij. dixerunt quodammodo quod persona incarnari potuit nisi persona uerbi. **Q**uod probant triplici ratione.

Prima ratio est propter personarum ordinationem.

Secunda ratio est propter personarum conditionem.

Tertia ratio est propter oppositorum distinctionem.

**Q**uoniam prima ratio est propter personarum ordinationem. Ita enim ordinate sunt persone diuine: ut nulla in eis sit admittenda confusio. **S**i si alia persona incarnaret nasceret quodammodo confusio trinitatis: quia plures filij in trinitate dicerentur. **Q**uoniam secunda ratio est propter personarum diuinarum conditionem: quod talis est: ut una persona sit alteri similis et equalis. **S**i ergo incarnaretur uel pater uel spiritus sanctus: nasceret. **S**ed quedam equalitatis diminutio: dum duo filij essent in diuinitate: quorum unus haberet excellentiores natiuitate altero. **T**ertiam ratio est propter oppositorum distinctionem. **D**ebeant namque opposita esse distincta. **S**i

Autē alia psona a filio incarnaretur: nasceretur quedā oppositōz indistinctio: qz tunc ibi essent due psonae: quarū quilibet genita et filius diceret: vel vnus et idē filius genitus et ingenitus diceret: si pater incarnaret. Et ideo q̄ volūt hāc positionē tenere dixerunt q̄ nulla alia persona nisi filij poterat incarnari: nō propter defectū sed p̄pter dignitatē potētie: que nō admittit aliqd̄ indecēs circa opus suū. Sed dicit Bōn. dicit q̄ pater et sp̄s sanctus potuissent incarnari absq̄ aliqua repugnantia. Potuissent enī formare corpus quod sibi vnirēt de genere humano nō per viā generatiōis sicut formauit corpus Eue: q̄ nō d̄ esse filia Ade. Propterea dato q̄ alia psona assumpserit carnē de v̄gine sicut assumpt̄ verbū: adhuc ibi non esset confusio nec equalitatis diminiō fm̄ rē: qz ex hoc nulla fieret trāsmutatio circa psonas diuinas. Nulla enī est confusio q̄ nos credimus q̄ vnus et idem est tēporalis et eternus: imortalis et mortuus. Nullus etiā est incōueniens cū dicim⁹ filium esse equalem patri et minorē patre fm̄ naturarū dualitatem. Sufficiat itaq̄ nobis q̄ filius est incarnatus nō imperfecte nō diminiute: quinimo cum omnibus requisitis ad salutē redemptionem nostram. Ipsum ergo audiamus: ipsuz imitemur qui pro nobis in mundū venire dignatus est: q̄ semp̄ paratum se offert ad nos saluandum qui est benedictus etc. Amen.

¶ Feria quinta post sc̄dam dñicā aduentus contra iudeos: qui dicunt xpm̄ esse venturum.

¶ Sermo. xij. ¶ J̄esus venisse visus est. Fruct. xij.



### Latus qui nō

fuerit etc. vbi. s. Generatio p̄uersa iudeoz hodierna die p̄ totū orbē terrarū dispersa et disseminata in xpo scandalizatur: qz p̄ ipsos de xpo dulcissimo et iesu nostro negat qd̄ per nos pd̄icatur. Dicuntq̄ enī v̄turū:

quem venisse oīno clarū est. Quib⁹ tātō fortius viriliter est resistendū: quanto ipse fides maior exhiberi posset: qz ad eos de xpo facta est reuelatio. Vident enī xpi p̄phetarū documētā et sc̄roz patrū exēpla i scripturis veteris testamēti: quarū sensum p̄uētēres facile ignorātib⁹ psuadēt qd̄ volūt. J̄carco in presenti sermone p̄ iudeos dicturi sum⁹ de xpi aduētū in mūdū siue in carnē: cui⁹ tps̄ prentū est: et nō futurū. Dicemusq̄ p̄ hāc v̄itate sub vno fructu. s. iesus venisse visus est. Ad cui⁹ declarationem tres p̄clusiones erāt pertractande.

Prima conclusio d̄: iudeorū dispersio siue captiuitas.

Sec̄da cōclusio d̄: ecclesie stabilitas.

Tert̄a celo d̄: miraculoz claritas.

¶ De iudeoz dispersiōe seu captiuitate p̄bat xpm̄ venisse.

Caplm. s.

¶ Prima cōclusio d̄: iudeoz dispersio seu captiuitas. Nam mille et quadringētis. xlii. annis iudei dispersi vagant̄ per oēs nationes mūdī. Non hnt̄ ciuitatē: nō templū: nō regnū: nec aliquas amplius dignitatē. Lerte si eos interrogare voluerimus cur tanto tpe seuit ira dei contra eos: nesciunt respondere: nisi qz xpm̄ in lege promissum suscipere noluerunt: quinimo persecuti sunt eum vsq̄ ad condēnationē mortis. S; p̄ p̄phetia patriarche iacob Bēn. xlii. satis autentice manifestat xpm̄ venisse: constans tunc nascaturū eum: q̄ iudeis regale sceptrum deficeret. Aut enī non auferet sceptrū de iuda: et dux de femore eius: donec veniet qui mittēdus est: et ipse erit expectatio gentiū. Veritatem aliqui iudei dicunt q̄ hec auctoritas nō intelligit̄ de xpo: sed de nabuchodonosor rege babilonis: qui missus est ex ordinatione diuina contra hierl̄m p̄pter peccata populi: vt habetur. iij. Reg. xxy. et extunc defecit regnum iudeoz: qz nabuchodonosor cepit Sedechiam regem et filios suos coram eo occidit: et oculos ipsius effodit: vinxitq̄ eū cates

Feria. V. post 60. II. aduentus.

nia: et adduxit in babilonē: nec postea aliquis de eius stirpe regnauit. Quibus respondet Nico. de lyra q̄ hoc est falsuz: q̄ post captiuitatē babilonicam iudei habuerūt duces: p̄ncipes: sicut p̄t̄ de zorobabel Esdre. iij. Et de Neemia Esdre per totū. et de Machabeis vt b̄r̄ in libris Machabeoz. Dabuerūt etiā reges: q̄ iohānes hircanus fili⁹ Simonis machabeis: p̄posuit sibi diadema regni. Et ext̄c regnauerūt filij eius vsq̄ ad herodē. Augustinus aut̄. xviij. li. de ci. dei. c. xlv. dicit q̄ prim⁹ post babiloniz cā captiuitatē rex fuit Aristobolus. Primus apud iudeos aristobolus assumpto diademate et rex et p̄t̄ fact⁹ est. Nā antea nō reges: s̄ p̄ncipes et duces habuerūt. Huic aristobolo successit alexāder etiā ip̄e rex et p̄t̄. Post hunc vxor: Alexā. regina iudeoz fuit cui⁹ t̄pe mala sunt eos secuta grauiora. Nā filij huius alexātri Aristobolus et hircanus inter se de imperio dimicātes vires aduersus israeliticā gentē puocauerūt romanos. Vircanus nāq̄ a romanis contra frat̄e poposcit auxilium. Venitq̄ p̄p̄ius preclarissim⁹ p̄ncipes: q̄ iudeam cum exercitu ingressus: ciuitatē cepit: templum reserauit non deuotione supplicis sed iure victoris. Et ad sc̄tā sanctoroz: quo nisi sacerdotem summū intrare licebat: non vt venerator: sed vt prophanator: accessit. Cōfirmatoq̄ Vircani pontificatu: et subiugata gēte impo- sito custode antipatre vincitū secū Aristobolum ducit. Et ext̄c iudei tribuz rarij romanoz esse ceperunt. Hoc idem dicit Lhyf. et Eutropius lib. vj. Dein de post paucos annos herodem alienigenā habuerūt: quo regnate natus est xps. De quo herode dicit Eusebi⁹. j. lib. ecclesiastice historie. et Josephus. xvij. antiquitatum lib. q̄ ex idumeoz gente paternus genus: arabū nō materni sanguinis originē duxit: qui a romanis iudeoz regnū sibi cōcedi fecit. In quo cū esse subleuatus mor in superbiā erupit ac iudeis plurima mala intulit. Nam et

pontifices non iam s̄m generis ordinē cōstituebat: sed ignobilibus quibuscūq̄ permittebat sacerdotia: sacratam etiā vestem summi pontificis obclusam s̄ gnaculo tenuit: non permisso alteri potestari vsu eius. Cum etiam videt q̄ generis iudeorum nobilium iudicia: si permanerent ofuscationis sibi plurimum inferret: quare ignobilitatis sue consciētia eragitatus omnes libros in quibus constructio generis habebatur iussit incendi: estimans se nobilem videri posse si nouitius esse et advena israelitici generis nullis conscriptionū fastibus vigeretur. Veruz fuere tunc paucos diligentes et studiosi viri: qui vel defcriptos ex parte aliqua h̄mōi libros haberent domi: vel etiā memorie habite ordinem profapie retinerent. Ecce iam q̄ iudei consiteri coguntur s̄m prophetis cam promissionē xpm iam aduenisse: q̄ dū fuerint interrogati: vbi sunt illi sanctissimi patres israelitici populi protectores et defensores xpm venisse consiteri coguntur. Ubi ergo (o iudei) Moyzes qui populum captiuum de virtute: ex egypto de manu Pharaonis eduxit et liberauit. Exodi. xij. c. Ubi Josue sub quo illa tria magna miracula ostendit deus. Primus quando iordanis flumē aquis inundatus liberum populū dei non sorbuit. Josue. iij. c. Secundus q̄ clangentibus sacerdotibus Jerico corruit. Josue. vj. c. Tertium quādo Josue contra hostes pugnante sol vnus diei spacio stetit. Josue. x. c. Ubi iudices illi fortissimi bellatores: qui populum dei de inimicis suis viriūter defenderunt. Ubi Othoniel qui populum dei liberauit de manu regis syrie. Judicum. iij. c. Ubi Aiath qui moabitas circiter decē milia omnes robustos et fortes percussit. Eglon eoz rege in suo ceno culo interfecto. Judicum eodem. c. Ubi Sangar filius anath: qui percussit de philistinim sexcentos viros et israel defendit: eodē c. Ubi Delboza et Barach q̄ barach creditur vir eius fuisse: ip̄a t̄m Delboza israel

liberavit de manu Jabin regis asor:  
Judicū. iij. c. Ubi Sodeon: q̄ israel li-  
beravit de manu Midian terrore lam-  
padum et tubarū hostibus subito ptur-  
batis alijs mutua cede cadētibz: qui  
busdam in fugā cōversis: Judicū  
vij. c. Ubi Abimelech filius Hieroboal  
de concubina natus: qui septuaginta  
fratres suos de patris vxoribz oēs p̄ter  
vnū Joathā qui minimus absconditus  
erat occidit et dominiū populi violēter  
arripuit: Judicū. ix. c. Ubi Tholadi  
Sachar. vbi Tholā Jabit Galaadites:  
Ubi Jep̄te filius cuiusdā meretricis q̄  
spurius a fratribz fuit eiectus: tandem  
necessitate v̄gēte ad principatū voca-  
tus est: et ex voto filiā imolauit: sicut in  
vōuēdo: crudelis in soluēdo: Judicū  
xj. c. Ubi abessam q̄ septē annis isrl̄ ius-  
dicauit: Ubi Abialō sabulonites: Ubi  
abdō filius Hellel P̄haratonites: qui  
habuit. xl. filios de q̄bus Judicū. xij. c.  
Ubi Sanson fortis qui leonem inter-  
fecit: philisteos occidit totā rāta fecit  
p̄tra eos: Judicū. xv. c. et. xvj. c. Ubi De-  
li et Samuēl et ceteri victoriosi duces po-  
puli iudeoz: Ubi reges illi potētissimi  
quos p̄fecit eis deus: Ubi Saul qui  
primus regnavit in israel et ex volūate  
dei vinctus est in regē a Samuele sacer-  
dote. j. Reg. xv. c. Ubi David: q̄ secūdū  
regnavit: q̄ permissiōe dei interfecit gi-  
gantē goliath: et demū ad paucos dies  
effectus est rex sup̄ populū israel. j. Reg.  
xvj. Ubi Salomō filius ei: q̄ regnavit  
post dauid patrē suū. iij. Reg. iij. c. et de-  
dit eis dñs sapiētā et prudentiā multā  
nimis et latitudinē cordis quasi arenā  
que est in litore maris: et erat sapiētior  
cunctis hominibus: possidebatq̄ oīa  
regna a flumine terre philistinūsq̄ ad  
terminū egypti. iij. Reg. iij. c. Et edifi-  
cavit domū dñi: et gl̄iose regnavit in vi-  
ta sua. Ubi roboā: vbi Abias: vbi Asa  
vbi Josaphat: vbi Joram: vbi Ocho-  
zias: vbi Joas: vbi Amasias: vbi Ozi-  
as: vbi Joathā: vbi Achaz: vbi Ezechi-  
as: vbi Manasses: vbi Amōn: vbi et re-

liqui iudeoz reges: qui vt in libris re-  
gum diffusus notatur successiue regna-  
uerunt cū virtute multa et victoria ini-  
micosum populi dei. Quid fecistis o iu-  
dei. Quod scelus commisitistis: cur dati  
estis in opprobriū gentiū: et abiectiōe  
cunctis gētibus. Ubi Esaias. vbi Die-  
remias. Ezechiel: Daniel: Oseas: Jo-  
hel: Amos: Abdias: Jonas: Micheas  
Naū: Abachuch: Sophonias: Aggeus  
Zacharias: Malachias. Certe nullus  
est qui aliquid prophetizet de aduentu  
messie: quia iam venit. Ipsi autē iudei  
clausurunt cor suū: et tā manifestissimis  
exemplis apertissimiq̄ experimentis  
credere nolunt.

¶ De ecclesie stabilitate probatur xp̄m  
iam venisse. Caplm. ij.

**S**ecunda conclusio de ecclesie  
stabilitas. Nam a tpe xp̄i ita  
bilis et firma permansit: nec  
vllē vnq̄ tempestates: nō di-  
co solūmodo hereticoz: sed etiam potē-  
tissimoz tyrannoz: potuerūt illā sub-  
mergere. Quod vtiq̄ fieri non posset  
nisi celitus defenderetur. Nec deus ita  
sibi assisteret si mendaciter predicaret  
xp̄m venisse. Quisnam explicet qd̄ fue-  
runt imperatores Romani: q̄ xp̄ianum  
nomē dolere conati sunt: et ecclesiā dei  
durissimis cruciatibus et omni crudeli-  
tate vexarunt. Nonnulli fuere qui dire-  
runt decem tm̄ persecutiōes ecclesiam  
passam. Vnam vō nouissimam et futu-  
ram esse dicunt ab anti xp̄o: quos tamē  
Augustinus improbat. lib. xvij. de ciui-  
ta. dei. l. ij. c. vbi ait: Proinde nec illud qd̄  
dem temere puto esse dicendum siue cre-  
dendum: quod nonnullis visum est vel  
videtur non amplius ecclesiam passu-  
ram persecutiōes vsq̄ ad tempus an-  
tixpi q̄ iam passa est: id est est decem  
et vndecima eademq̄ sit nouissima ab  
antichristo. Primam quippe compu-  
tant a Nerone. Secundam a Domi-  
tiano. Tertiam a Traiano. Quartam  
ab Antonino. Quintam a Seueroz  
Sextam a Maximino. Septimam a  
D ij

Feria. V. post dñicā. II. aduentus.

Decio. Octauā a Valeriano. Nonas ab Aureliano. Decimam a Diocletiano et Maximiano. Plagas enim egyptiorum quā decē fuerūt: anteq̄ inde exire inciperet populus dei: putāt ad hūc intellectum esse referēdas: vt nouissima anti xp̄i p̄secutio illis videat̄ undecime plage egypti: qua dū hostiliter persequeretur hebreos in mari rubio populo dei per siccum transeūte perierūt. Sed ego illa re gesta in egypto istas persecutiones prophetice significatas non esse arbitror quāuis ab eis qui hoc putāt exquisite et ingeniose illa singula his singulis cōparata videat̄ur: nō prophetico sp̄u: sed cōsuetura mētis humane: qua aliqui ad verum perueniūt: aliq̄n fallit. Quid em̄ q̄ hoc sentiunt dicuntur sunt de p̄secutione: qua ipse dñs crucifixus est. In quo eam sunt numero posturi. Si autē hac excepta estimat̄ cōputandū tanq̄ ille numerū sint: que ad corpus pertinent: non qua ipsum caput est appetitū et occisus. Quid agēt de illa que postea q̄ christus ascēdit in celum hierosolymis facta est: vbi beatus stephanus lapidat̄ est: vbi iacobus frater iohānis gladio trucidatus est: vbi ap̄s petrus vt occideret inclusus est: et p̄ angelū liberat̄: vbi fugati et dispersi de hierosolymis fratres: vbi Saulus q̄ postea paulus ap̄s fact̄ est vastabat ecclesiā: vbi ipse quoq̄ iam fidem quā p̄sequebat euāgelizās: qualia faciebat est passus siue per iudeā: siue p̄ alias gētes quacūq̄ xp̄m feruentissime p̄dicabat. Cur ergo eis a Nerone videf̄ ordiendū: cum ad neronis tēpora inter atrocissimas p̄secutiones: de quibus nimis longū est cūcta dicere ecclesia crescēdo peruenerit. Nec Augu. qui in primis his verbis docet ecclesiā dei nō nisi inter turbines et conuassationes varias floruisse. Et illud profecto mirabile vni cuiq̄ esse debet q̄ imperatores romani quibus mūdus olim resistere nō potuit et totū terrarū orbē sue iurisdictioni subiecerūt: non valuerūt cultum dei delere de terra quem nullus defendit armis:

nec pecunia: nō deniq̄ humanis fauoribus: quinimo cū importuna p̄secutione victores esse deberent: ipsi ita victi sunt vt in vrbē collocaretur sedes ecclesie sancte dei. O admirabilis virtus iesu xp̄i crucifixi. O incogitabilis potētia xp̄i: q̄ moriens resurgere voluit tertia die: vt stabiliret ecclesiā eaq̄ firmaret sicut p̄miserat petro Math. xvi. Super hāc petram: scz me christū edificabo ecclesiam meā: et porte inferi nō preualebūt aduersus eas. Ipse est de quo daniel exposuit visionem Nabuchodonosor: q̄ debebat subijcere regnū romanorū. Nā nabuchodonosor vt dicit Dañ. ii. dixit: Vidi statuas magnā cuius caput ex optimo auro erat: et brachia ex argēto: vter et femora ex ere: tibie ferre. Et post sequitur q̄ abscisus est lapis de mōte sine manibus: et percussit statuā in pedibus eius: et comminuit eos. Per statuā designantur quatuor regna. Primū est regnū chaldeorū: q̄ designat̄ p̄ caput aureū sicut ipse daniel exponit. Scdm̄ est regnū persarū: q̄ designat̄ per argentū: q̄ subiecit sibi regnū chaldeorū. Designatur autē per argētum: vt dicit Nicolaus de lyra q̄ in illo regno multū vacabant sapientie et eloquētie: que significatur per claritatem argēti et eius sonoritatem. Et q̄ regnum medorū et persarū primo fuerunt duo regna et in vno regnabat Darius: et in alio Cyrus: ideo signata fuerūt per illa duo brachia. Verūtamenē q̄ fuerūt cōiuncta simul tēpore Lyri: mortuo Dario illa duo brachia erāt cōiuncta in pectore vno. Tertium est regnū grecorū: q̄ subiecit sibi regnū persarum tēpore Alexandri magni. Designatur autē per es propter sonoritatem grece eloquētie: q̄ es inter alia metalla est magis sonorū. Quartū est regnū romanorū: q̄ designatur per ferrū: q̄ subiecit sibi regnū grecorū et oīa regna mūdi: sicut ferrum domat oīa alia metalla. Per lapidē autē abscisum sine manibus designatur christus: qui est natus de virgine sine manibus cōplectentium: que virgo designat̄

fur per montē propter excellentiā vite: Cui xpo subiiciendū erat regnum roma-  
norū. Qd̄ impletum fuit tēpore Conſtā-  
tini: qui a beato Silueſtro baptizatus  
romanum imperiū chriſto ſubiect. Et  
quibus omnibus conuincuntur iudei:  
vt velint nolint dicant chriſtus veniſſe:  
quem tamen impie negāt abſq; vlla ra-  
tionabili cauſa &c.

¶ Quid chriſtū veniſſe probatur claritate  
miraculorum.

Lapm. in.



Etia cōcluſio dicitur mira-  
culorū claritas. Coſtat nāq; veniſſe xpm: q; ante aduen-  
tum eius multa miracula fa-  
cta ſunt in veteri lege. Nunc  
ſo illa fieri tm̄ vidētur in chriſtiana re-  
ligione virtute dñi noſtri ieſu chriſti.  
Quāta em̄ fuerint illa ſigna olim exhi-  
bita: patet in ſcripturis veteris teſtamē-  
ti. Ibi quidē vt Augu. teſtatur libro. x.  
de ciui. dei. c. viij. reperiemus qualiter  
Abrae ex ſterili vxore dat? eſt filius: etiā  
iſta ſeneſcente. Gen. xxi. Ibi vxor Loth  
in ſtatū ſalis cōuertitur: quia ſupernū  
p̄ceptum contēpſit. Gen. xix. Ibi in li-  
beratione populi de egypto: columna  
ignis per noctē: & nubis per diē iter p̄-  
bebat iſraelitico populo. Exod. xij. Ibi  
apertum mare rubium oſtēditur: & filij  
iſrael per ſiccū tranſeūtes: egyptū ſo  
in medijs fluctibus inuoluūtur. Exodi  
xij. Ibi marath ſuuius amariffimus  
inmiſſo ligno dulcificatur. Exodi. xv.  
Ibi māna paratur patribus in deſerto.  
Exod. xvi. Sed qd̄ oīa numerare tenta-  
mus: cū breuis ſermo illa explicare ne-  
queat. Nō negāt ip̄i iudei que dicimus  
ſed r̄idēre nolūt cur tot ſigna & virtutes  
defecerūt. Negant autē q; in noſtra fide  
nūc tales virtutes & multo maiores inue-  
niantur. Nos autē qui xpiani ſumus de  
dño noſtro ieſu xpo autēctice legimus:  
q; miracula multa fecit curando infir-  
mos: obſeſſos a demonibus liberando:  
illuminādo cecos: mundando leproſos:  
& qd̄ maius eſt mortuos reſuſcitādo: vt  
dictum eſt fructu. viij. p̄ſentis operis,

Et nō ſolū in creaturis rōnabilibus vi-  
dētur hec ſigna: ſed etiā in inſenſibilibus  
elemētis. Vnde eſt q; Diego. in homelia  
epiphanie ait: Oīa elemēta autoꝝ ſuū  
veniſſe teſtata ſunt. Et em̄ de his quaſi  
quodā vſu humano loquar: deū hūc ce-  
li eſſe cognouerūt: q; p̄tinus ſtellā miſe-  
runt. Mare cognouit: q; ſub eius plan-  
tis ſe calcabile p̄buit. Terra cognouit:  
q; eo motiēte cōtremuit. Sol cognouit:  
q; lucis ſue radios abſcōdit. Vasa & pa-  
rietes cognouerūt: q; tēpore mortis ei  
ſcilla ſunt. Infernus cognouit: q; hos  
quos tenebat mortuos reddidit. Et tm̄  
hunc quē deum omnia elemēta inſen-  
ſibilia aſſerūt: adhuc infidelīū iudeorū  
corda deū minime eſſe cognoscunt & du-  
riora ſaxis ad penitētiam ſcindi nolūt:  
eūq; confiteri obnegāt: quē elemēta vt  
dicimus: aut ſignis: aut ſciſſionibus deus  
clamat. hec ille. Nec ipſe xps tm̄ iſta mi-  
racula fecit: ſed in eius virtute et noīe in  
eccleſia vſq; in hodiernum diem multis  
pliciter ſiūt: ſicut p̄ in ap̄lis: in martyri-  
bus: in ſignibus: et in cōfeſſionibus. De  
q;bus oībus tāta dici poſſunt q; vix ali-  
quis illa queat aut legere aut audire.  
Verū tamen illud vñū eſt miraculū mi-  
raculorū omnīū clariffimū ac mirabiliffi-  
mū q; mādus totus per ap̄los in xpm  
crediderit. Nec fuerunt ruſtici ſimplices  
vulgares & idiote q; in xpm crediderūt:  
ſed viri literati: docti: periti: p̄bri: orato-  
res: principes: reges: & imperatores. Cū  
Auguſti. xxi. lib. de ciuita. dei. c. v. dicit:  
Jam ergo tria ſunt incredibilia que tm̄  
facta ſunt. Incredibile eſt xpm reſurrex-  
iſſe in carne & in celū aſcēdiſſe cum car-  
ne. Incredibile eſt mundū rem tam in-  
credibilē credidiſſe. Et incredibile eſt ho-  
mines ignobiles: inſimos: paucaſſimos  
imperitos rem tam incredibilē tam effi-  
caciter mundo: & in illo etiā doctis per-  
ſuadere potuiſſe. Horū trium incredibi-  
liū prima nolunt iſti cū quibus agimus  
credere. Scdm̄ cogūtur & cerne: qd̄ tm̄  
nō inueniunt: vnde fit factum ſi nō cre-  
dunt tertium. Certe reſurrexerit xpi & in

Feria. VI. post dñicā. II. aduentus.

celū cū carne cum qua resurrexit ascen-  
 sio toto mūdo iam predicat et creditur.  
 Si credibilis nō est: vñ toto terrarū or-  
 be iam credita est. Sed multi nobiles  
 sublimes et docti etiā se vidisse dixerūt:  
 et qđ viderūt diffamare curarūt: eis mū-  
 dum credidisse non mirū est. Sed istos  
 adhuc credere nolle perdurū est. Si au-  
 tē vt verū est paucis obscuris minimis  
 et indoctis ea se vidisse dicētibz et scri-  
 bētibz credidit mūdus: cur pauci ob-  
 stinatissimi qđ remanserunt ipsi mūdo iā  
 credēti adhuc usq; nō credūt? Qui pro-  
 pterea numero exiguo ignobilium infis-  
 moy imperitorū hoim credidit: qđ in tā  
 cōtempribilibz rebus multo mira-  
 bilius diuinitas seipsa persuasit. Eloq; nāq;  
 persuadētū que dicebāt mira sine  
 rūt facta nō h̄ba. Qui em̄ xp̄m in carne  
 resurrexisse: et cū illa ad celū ascēdisse nō  
 viderāt: id se vidisse narrātibus non lo-  
 quētibz tm̄: sed etiā miracula faciētibz  
 signa credebāt. Domines quippe quos  
 vnus vel vt multuz duarū linguarum  
 fuisse nouerāt: repere linguas omnium  
 gentiū loquētes mirabiliter audiebāt.  
 Claudū ab vberibz matris: ad eoz h̄bū  
 p̄ xp̄i noiē post quadraginta annos in-  
 columē cōstitisse. Sudaria de corporibz  
 eoz ablata sanādis languentibus pro-  
 fuisse: in via qua fuerant transituri posi-  
 tos in ordine innumerabiles morbis va-  
 riyz laborātes vt ambulantium sup eos  
 vmbra trāfirer cōtinuo salutē solere reci-  
 pere: et alia multa stupēda in xp̄i nomi-  
 ne per eos facta sunt signa. Postremo  
 etiā mortuos resurrexisse cernebāt. Que  
 si vt legūtur gesta esse cōcedūt ecce tot  
 incredibilia tribus illis incredibilibz  
 addimus. Et vt credat vñū incredibile:  
 qđ de carnis resurrectione atq; in celuz  
 ascēsiōe d̄: multoz incredibilium testi-  
 monia tāta cōgerimus et nōdum ad cre-  
 dendum abhorēda duricia incredulos  
 flectimus. Si nō per aplos xp̄i: vt eis  
 crederetur resurrectionē atq; ascensio-  
 nem predicātibz xp̄i etiā ista miracu-  
 la facta esse nō credunt. Voc nobis vñū

grande miraculū sufficit: qđ iam terrarū  
 orbis sine vllis miraculis credidit.  
 Vt Augustinus. Cōfundantur ergo iu-  
 dei duri qui christiānā fidē impugnant  
 qui christū venisse negant: quē vt predi-  
 cimus tot quotidiana miracula deced-  
 rant et manifestant. O iudei olim a deo  
 predilecti: modo dari in opprobriū gen-  
 tium reuertimini reuertimini: deponite  
 vestrā duriciā. Currite ad xp̄m desidera-  
 tum: qui iam venit māsuetus: qui est be-  
 nedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Feria sexta post dñicā d̄ h̄icam ad-  
 uētus: de fide firma: quā debemus chi-  
 stum cognoscere. Sermo. xiiij.  
 ¶ Jesus fide cognoscitur. Fructus. xiiij.



Fatus qui nō

fuerit et. vbi. d̄. Magna  
 est multitudo et numeri  
 pene incredibilis eorum  
 qui eterno bono priuan-  
 tur: qm̄ in christū credere nolūt: cū tñ vt  
 aplos docet ad v̄b. xj. Sine fide impos-  
 sibile est placere deo. Ipsa nāq; est que  
 intellectū illuminat: in eī veritatē reser-  
 rat: et animā ducit ad noticiā eoz que ne-  
 cessario sunt cognoscēda p̄ obtinēda sa-  
 lute. Et qm̄ qui sine fide viuūt vel in ali-  
 quo articulo fidei dubitat: vt notat eē  
 de hereticis. c. s. infidelis simpliciter est.  
 Itaque in presenti sermone dicturi su-  
 mus cōtra eos qui fide integra carēt et  
 in xp̄o scādalizātur. Pro quibus pone-  
 mus fructū qđ est: Jesus fide cognoscit.  
 Ad qđ plene intelligendū tres conclusi-  
 ones erūt notāde.

Prima conclusio d̄: paruitas.  
 Secūda conclusio d̄: sublimitas.  
 Tertia conclusio d̄: superioritas.  
 ¶ Qđ proprio ingenio xp̄m cognoscere  
 nō possumus. Capm. s.



¶ Prima conclusio d̄: paruitas.  
 In qua scire debent qđ xp̄m  
 per fidē cognoscere possumus:  
 ingenio aut proprio nequaquā  
 qđ intellectus rōnalis creature per se  
 metipsū ad talē noticiā extēdere se mi-